Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tur Susanna et deambu-
lat in pomerio viri sui
Et videbant eam senes
cotidie ingredientem
et deambulantem: et ex
arserunt in concupiscentia
eius: et auertunt sensum
suum et declinauerunt oculos
suos ut non viderent
celum neque recordarentur
iudicia iustorum. Factum
est autem cum observarent
diem aptum quando eam
possent inuenire solam:
ingressa est aliquando sicut
heri et nudius tertius
cum duabus solis puel-
lis voluitque lauari in
pomerio. Erat quippe
aestus: et non erat ibi quis
qui preter duos senes ab-
scondito. Dixit ergo
puellis. Afferte mihi
oleum et smigmata:
et ostia pomerii claudite
ut lauer. Cumque egre-
gresse essent puellae: sur-
rexerunt duo senes et ac-
currerunt ad eam et dixe-
runt. Ecce ostia pomerii
clausa sunt: et nemo nos
videt. Quam obrem assen-
tire nobis et nunc no-
bisecum. Quod si nolueris
dicemus contra te testi-
monium: quod fuerit tecum iu-
uenis: et ob hanc causam
emiseris puellas a te.
Ingemuit Susanna et
ait. Angustiae mihi sunt
undique. Si enim hoc egero
mors mihi est: si autem non
egero non effugiam ma-
nus vestras. Sed melius
est mihi absque opere in-
cidere manus vestras quam
peccare in conspectu domini.
Et exclamauit voce ma-
gna Susanna. Exclama-
uerunt autem et senes aduersus
eam. Cum autem audisset
clamorem in pomerio famu-
li domus irruerunt per posti-
cum ut viderent quid